

De Officio Subditi Regularis,

Secundò , probatur ex alia Bulla Leonis X. quæ incipit , *quamvis alias Emanata Anno 1516. die 18. Augusti* , & habetur in dicto compendio pag. 118. in qua , Commemorans Papa dictam Bullam Iulij II. ait , *Quamvis alias Iulius II. predecessor noster, prouidè considerans, quòd vita & obseruancia Ordinis Minimorum, cum sit continua vita quadragesimalis, iam in Conuenib[us], & dominibus huiusmodi, quam extra, Ceterorum quatuor mendicantium Ordinum, & aliorum Religiosorum sit arctior, & strictrior.* Per quæ verba (*Et aliorum Religiosorum sit arctior, & strictrior*) sine dubio voluit etiam Summus Pontifex excludere Carthusiam , quæ non est ex Religionibus mendicantibus , quam etiam exclusit Iulius Secundus per illa verba (*Ad nullum alium quantumlibet etiam priuilegium Ordinem*) sicut erat ordo Carthuſianus per extravaagantem viam Ambitiosa de regularibus . Quorum verborum vniuersalium , & indefinitiorum hæc est vis , vt includant etiam illas Religiones , de quibus erat facienda expresa mentio , vt per multis textus probat Ricciulus loco cit. num. 9.

Tertio probatur ex communī omnī sensu , statim enim ac quis audit , fratres Minimi obseruare quadragesimalē vitam , caperat frontem , stringit dentes , elevat humeros , & compatiens dicit , hæc quidem Religio est omnium strictrissima ; & quidem merito : nam vt ait D. Paulus ad Ephesios 5. *Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam* , natura sic distante , & inclinante , sed appetitus naturales domare est maxime arduum , & durum ; ergo Religio nostra , quæ appetitum hunc naturalem fouendi , & nutriendi propriam carnem coētere , & domat , erit omnium strictrissima . Cum nulla alia Religio reperiatur , quæ hoc specialiter , & principaliiter intendat .

Quarto , quia ad vitam quadragesimalē se obligant Minimi per votum solemne , quod nulla alia Religio facit neque Carthusiana : quod vinculum nulla potest , quantumvis arte constitutio compensari .

Obiūces primò , *extravaagantem viam Ambitiosa inter communes primam de regularibus* , in qua Pontifex , prohibeit transitu omnibus mendicantibus ad monachales Religiones , illum eis liberum concedit ad Carthuſianos , vt potè strictriores omnibus .

Respondeo primò , siue illa *extravaagans (Viam)* sit Martini Quinti , vt multi eam citant , siue Martini IV. vt alij , & in titulo ipsius extravaagantis dicitur Martinus Quartus emanata est antequam Religio Fratrum Minimorum instituta esset ; nam Martinus V. rexit sedem ab Anno 1417. vt Platina *In eiusa vita* , & Bellarminus in sua *Chronologia illo anno* , & vixit in Pontificatu annos 13. & mensē decem . Martinus vero Quartus rexit sedem ab anno 1281. vt idem Bellarminus , & Tursellinus in sua epitome illo anno ; B. vero Pater Franciscus natus est anno 1417. & ordinem Minimorum institutum anno 1435. Vnde non est mirum , si Pontifex Martinus conceperit transitum ad Carthuſianos , qui tunc temporis erant strictriores omnibus .

Secundo Respondeo *illam extravaagantem* , quod ad nos Minimos satis fuisse antiquatum per Bullas Iulij , & Leonis in quantum ad transitum .

Sed contra primam responsonem obstabis , nam lex , quæ perpetua est , non solum obligat eos , qui nati erant , eo tempore , quo ipsa lata est , sed etiam eos , qui nascetur toto tempore , quo ipsa durabit ; Hæc autem lex est perpetua , ergo .

Respondeo , quandò lex etiam perpetua est facta propter aliquem finem , ipso cessante , debet etiam ipsa cessare , vt dicitur l. *Quod dictum f[ac]tum de partis* , & haberet cap. *cum cesserant, de Appell.* sed hoc priuilegium fuit concessum Carthuſianis intuitu solam vitæ strictrioris , vt habeat Sanchez lib. 6. in *decalog. cap. 7. n. 21.* Quia nimis tunc temporis nulla Religio strictrior Carthuſia reperiatur ; ergo cum alia strictrior ipsa superuererit , de-

bet omnino illud priuilegium cessare . Sicut si nunc orietur in Ecclesia Religio strictrior nostra , iam nostra non posset dici strictrissima omnium non obstantibus declarationibus Iulij II. & Leonis X .

Obiūces secundo , Nauarros tom. i. consil. lib. 3. de regul. consil. 51. probat , Religione Carthuſianorum esse strictriorē Religionē Minimorum . Quia , inquit , *Carthuſiani non comedunt carnes neque agnusdiū tempore; quod tamen faciunt Minimi.*

Respondeo primo , Carthuſianū omni tempore vescuntur ovis , & lacūtinīis ; Minimi autem de his nullo tempore licitum est gustare . Quod si diligenter trutinetur , apparebit ; quod nunquam comedere Carnes , nec lacūtinīa , nisi tempore infirmitatis erit sine comparatione multo gravius quā comedere omni tempore ova , & lacūtinīa , & nunquam comedere carnes ; tum quia si corpus nunquā infirmetur , nunquam comedentur carnes ; tum quia cibi quadragesimales extenuant vires , debilitant corpus , sanitatem frangunt , si non dicant , qui experientur . At vero abstinentia perpetua à carnisibus de se graves infirmitates non inducit , vt dicit Io. Medina cod. de ieiunio , q. 13. §. *Est tamen dubium ad 4.* Quia caro non est simpliciter necessaria ad tuendam , & conseruandam vitam ; vt optimè probauit Arnoldus a Villano Dōctissimus medicus ad instantiam Carthuſianorum ; sicut refert Io. Antonius Guercius Monachus Carthuſianus lib. 1. de elect. vita perfecta , collog. 11. pag. mihi 116. Antoninus 3. part. iii. 16.c. 6. §. 5. Quod prius Arnoldo probauit Plutarhus apud. de sanitate tuenda .

Itaque nos Minimi comedimus carnes , quandò eas comedere non possumus , gustu depravato ; & eas comedimus , quandò est necesse pro tuenda vita , & restauranda sanitate , quam sanitatis restaurationem , & vitæ tuitionem iure naturali diuinitatem procurare : ergo erat necessarium pro tempore infirmitatis , strictrissimum vitæ quadragesimalis votū relaxari , alioquin indiscretum , & contra naturam fuisset . Carthuſianū autem præterquam quod nunquā comedere carnes , non habent sub votu , & aliqui etiam dicunt , quod comedendo mortaliter non peccant ; Quod tamen non credo , saltem ratione consuetudinis introductæ , nullam talēm necessitatē patientur : tum quia ova , & lacūtinīa non ita debilitant vires , nec frangunt sanitatem ; tum quia si in aliquam infirmitatem incident , possunt opimè ab ea reparari ovis , & lacūtinīis , suppositis aliis medicamentis , iuxta artem medicam , vt dixi . Quod si non possent vitam his mediis conseruare , tenerentur etiam ipsi carnes comedere , vt bene docet Medina loco cit. saltem secluso scandalum .

Secundo ; Ad argumentum respondeo , quod nos Minimi comedamus carnes tempore infirmitatis , non facit quod Religio nostra non sit strictrior Carthuſianorum . Nam laxitas , vel auferitas Religionis non est mensuranda ex eo , quod obseruatur in casu aliquo particulari , sed ex eo quod obseruatur in vniuersali ; vt colligatur ex optima Doctrina D. Thomæ quodlib. 3. art. 11. & 14. Generaliter autem in tota nostra Religione fit solerentur votum vitæ quadragesimalis , & cum toto rigore obseruantur , ita ut reperiatur aliqui sexagenarij in Religione , qui nunquam illud frerentur . Quod autem tali casu , pimūritum infirmitatis non obseruetur , non minui de auferitate voti , nisi id , quod est necessarium ad hoc ut indiscretum , & contra naturam non sit .

Concessit itaque Sanctus Pater hanc indulgentiam infirmis , quia cum Religionem suam fundasset in charitate , eamque illi in insignia dedisset , sciebat , quod tempore infirmitatis , iura tum diuina , tum naturalia , tum humana ægrotis laxant habendas , quod ad corporis sanitatem restaurandam , ideoque illi vīsum est hoc fini sui Religionis esse omnino necessarium . Ac si dixisset Filij agite penitentiam , quando per vires potestis ; quando autem infirmi estis , vires recuperate , vt eas iterum ad gloriam